



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallelæ Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 1. Gueldria Batauica.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

poteſt. Porro iſ eſt ſuffragiorum ordo: *Primum* dat Gueldria & Zutphanium: *Secundum* Hollandia: *Tertium* Zelandia: *Quartum* Traiectensis ditio: *Quintum* Frisia: *Sextum* Transferrana: *Septimum* denique Groningia & Ommelandicæ. Hagæ fere negotia publica tractantur, *la Haye*, vbi consilium duplex, Bellicum & Maritimum. Societas item duplex, *Estindica*, ſeu *Indiae Orientalis*, & *Vestindica* *Indiae Occidentalis*. Potentiam huius Reip. ar- gut, quod mille bellicas naues armare poſſit, quod anno 1605. Regiones illæ tributi nomine millions viginti & vnum cum 540996. libris penſitarint.

§. 1. *Gueldria Batavica*, la Gueldre Hollandoisæ diuina in quatuor Tetrarchias, quarum unam poſſidet Hispanus, nomen habet à monſtri voce *Gelre*, quam edebat latens sub *Eſculo*, à duobus fratribus cæſa fera eſt.

NEOMA-

NEOMAGVS, ſeu Nouiomagus: *Nimegue*, vrbis Imperialis olim, & libera, atque caput Vicecomitatus ad Fl. *Vahalim*, vnde ducta fossa ad Arnhemum ſumptibus vtriusque ciuitatis.

GENSIS

Thiela, ſeu *Tila* & *Tiletum*: *Tiel*, ad confluxum Moſæ & *Vahalis*, ditionis caput quæ *Tyelskenveert* dicitur, eius Dominus *l' Ampimande de Tiel*. *Bommelium*, vel *Bomeria*: *Bommel*, in Insula *Bommelenveert*.

TETRAR-

Schenkium: *Schent*, arx munitissima à Martino Skenkio conditore ſic dicta, Flandris *skenkenskans*, vel *Skraenenvveert*, in Insula *Grauiuardia Grauenveert*, vbi Rhenus in *Vahalim*, & Rhenum ſcinditur.

CHIA

Bura: *Buren*, Comitatus titulo non procul à Fl. *Linga*, *Nassouiorum*.

le Quartier de
Nimegue,

Culenburgum: *Culenbourg*, cum arce munitissima iuris Hispanici ad ripam Leccæ ſinistram.

In

Battenburgum: *Battenbourg*, vbi olim arx, nunc di- ruta.

BETVVIA

Munitio *Sant-Andreana*: le Fort *S. André*, ab An-

la Betuwe, ou
la Betava.

Bonum est quod bene ostendit.
dreâ Austrio Cardinale excitari iussa, vt Bom-
melium coërceret, sed ei in vicinâ Insulâ Voor-
na *Voor*, Mauricius aliam arcem opposuit de
suo nomine.

ARENA-

CENSIS

TETRAR-

CHIA

*le Quartier
d'Arnhem,*

In

VELVIA,
seu Velau-
nia, la Veline.

ARENACVM: vetus oppidum vulgò *Arnhem*, mil-
le passibus à Fossa Drusiana, qua nunc dicitur
Isell-oort; vbi Rhenus seftus facit vno è suis al-
ueis Vahalim. Hæc est sedes Senatus huius Pro-
uinciaæ, & Cancellaria.

HARDERIUM: *Harderuwick*, ad interiorem sinum
Freti Australis vulgò *Zuyderzée*, satis commo-
dus portus: Academia celebris, & vbi moneta
Gueldriæ percutitur. Hæc vox Latinè vicum
Opilionum sonat.

ELBURGUS, ad idem Fretum: *Elbourg*, oppidulum
non inelegans.

WAGENINGA: *Wwagening*, olim affixa Rheno,
nunc parum diffita. Credunt aliqui esse vada
Taciti; alij tamen olim dictam Vaganum arbit-
rantur.

HATTEMUM: *Hattem*, ad Isellam, oppidulum mu-
nitum cum arce.

§. 2. Comitatus Zutphanensis, seu Tetrarchia Zutphania,
olim pars Gueldriæ, le Comté, ou Quartier de Zutphen.

ZUTPHANIA: *Zutphen*, Iunio ciuitas Vispetarum ad Fl. Isallam,
vbi in eum cadit Fl. Berkela *Berkel*, à Batauis & Hispanis al-
ternante fortunâ recepta, hodie munitissima.

DOESBURGUS, seu Dusburgum: *Doesburg*, ad Isallam, oppidulum
lautum & permunitum.

GROLLA: *Grolle*, egregiè munita ad Fl. Slingam *sleinck*, qui mox in
Berkelam cadit, Hispanis crepta.

BREFORTIA: *Breefort*, in palustri loco sita.

ISELBURGUS: *Izelbourg*.

ANHOLTUM: *Anholt*.

DOTECHEMUM: *Dotechem*, ad Fl. Old-Isel, dupli muro septum.

LOCHEMUM: *Lochem*, ad Fl. Berkelam.